

Johann Cothmann Engelbert Höyer

Aphorismi Theologici Ex Epistola Pauli Ad Collossenses

Rostochii: Pedanus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739706403>

Druck Freier  Zugang



Verf.: E. Hoyer

Joh. Cothmann
R. U. theol. 1636.

APHORISMI THEOLOGICI
EX
EPISTOLA PAULLI
AD
COLLOSSENSES

Quos

D. O. M. A.

Permissa

Reverendi Collegii Theologici, in Alma
Rostochiensium,

P R Æ S I D E

DN. JOHANNE COTHMANNO,
Doct. Theol. & P. P. celeberrimo. Præceptore & Pro-
motore filiali observantiâ colendo

*Exercitij gratia publico Examini subjicit &
proponit*

Engelbert Hoyer / Herv. Westph.

*In Auditorio Majori, horis antemeridianis
23. Augusti.*

✠ () ✠

ROSTOCHII,
Licetis Viduæ JOACHIMI PEDANI,
ANNO M. DC. XXXVI.

1636

44



*Admodum-Reverendis Excellentissimis & Clarissimis
Viris*

DN. JUSTO FEVVRBORN,

Theol. Doct. Prof. & Ecclesiast.
Marpurg.

DN. JOHANNI COTHMANN,

Theol. Doct. & Prof. Rostoch.

DN. JOHANNI BOTSACCO,

Theol. Doct. Rect. Profess. & Ec-
clesiast. Dantiscan.

DN. M. HENRICO BOLTENIO,

venerandi Ministerij Stralsun-
denfis Seniori & Archidiacono

Hervordiensibus
VWestphalis

*Sympatriotis Promotoribus, Praesidi, Praeceptoribus,
Cognato & Mæcenatibus suis*

ætatem devenerandis



Hoc Exercitium Biblicum

D. D. D.

Engelbert Höyer / Hervord.
Aut. & Resp.



Proloquium.

Exercitiorum Theologicorum, quas Disputationes vocant, quædam *ἁπλοῦς* fidei confirmare, quædam genuinam dubiorum in textu Biblico occurrentium explicationem monstrare solent. Vltimū horum ego hac vice adsumo, idq; ideò quod adversariis, hyenæ instar, scripturæ sermonem semper imitentur, iudemq; argumentis & scripturæ locis illud oppugnant, quod nos ex iis propugnare animus erat. Videatur Crellij (qui nobis ad exemplum sufficiat) totus liber d. Uno Deo Patre, ubi per verborum similitudinem dissimile affectionis suæ venenum vulgo propinare, eumq; misere decipere videbis. Quia autem monitore Danbavy, id. bon. Disp. Sect. 15. 39. longe cautius disputationem scribit, qui nudas adsertiones ponit, quàm qui easdem prolixis probationibus munit, brevis ero, & per Aphorismos, præcipuas controversias textuales explicabo, secutus exemplum Dn. Gerhardi, viri æterna memoria digni, qui Anno 1618 Jenæ, Genesin similiter, per studiosos tunc temporis, publico examini subsecit.

Materiam autem ad nostrum institutum desumemus ex Epistola ad Colossenses.

§. I. Quæ in ordine quarta videtur, earum, quas Paullus Româ in posterioribus suis vinculis scripsit. Prima autem Epist. ad Galatas. II. ad Ephesios. III. ad Philippenfes V. ad Philemonem. VI. & ultima 2. ad Timotheum. CAP. I.

2. Paullum autorem esse, patet inter alia ex consuetâ Inscriptione salutatione & subscriptione, quam ideo omnibus suis Epistolis præmittit, ut majorem fidem habeant illis Lectores, vel illi ad quos scriberet.

3. Quod autem illud Evangelistæ non fecerint: ratio est, quod illi præsentibus; hic longe remotis scribebant.

4. Dicitur Paullus Apostolus *Jesu Christi* v. r. alibi *Dei absolutè*, alibi *Dei Patris*, alibi *Spiritus S.* ex quibus probamus Trinitatis mysterium: Solius enim Dei est Apostolos vocare, unde Paulus Galat. I. r. se nominat Apostolum non ab hominibus neq; per hominem. Jam verū est illud de Patre Gal. I. r. Christo h. l. & Act. IX. 15. & c. Spiritu S. Act. XIII. 2. 4. Vers. r.

CAP. I.
v. 2.

5. Pacem & gratiam precatur non solum à Deo Patre, ut vult Franc. David. Disp. Alb Jul. p. 2. c. 4 sed à Christo simul.
6. Uno gradù collocat utrumq; in voto, ut divinitatem & potentiam utriusq; probet. Patrem vocat *Deum*, non excludendo Filium, ut volunt Socin. & alii inprimis Crellius; quippe Christum vocat *Dominum*, non excludendo Patrem, sed personas discernendo, & ordinem quem operando servant ostendendo.
3. 7. Spiritus S. omittitur in hoc voto, & gratiarum actione v. 3. non ut excludat eum à divinitate, sed quia in consuetâ formulâ salutationis & gratiarum actionis sufficit nominare unam alterâve Trinit. personâ, Conf. 2. Cor. XIII. 13. ubi Sp. S. ð omittitur.
8. Pro omnibus orare debemus, maximè autem pro *ἀγίοις καὶ πσιόις*.
4. 9. Unde caritatem erga omnes Matth. V. 44. maximè erga sanctos exerceas. v. 4.
5. 10. Spes in cœlo nobis seposita est, non merita sed gratuita.
6. 11. Vocatio nostra ad salutem universalis est, quia Evangelium universale v. 6. 23.
23. 12. Evangelium esse efficax regenerationis medium, ex v. eod. contra Svencofeld. probamus.
10. 13. Bona opera facere debemus. v. 10. resumat ergò Belarm. suam calumniam, quasi illa ex Ecclesiis nostris proscribamus.
14. 14. Taceat etiam Ostorodus suâ querelâ; quod studium bonorum operum frigeat ob Satisfactionem Christi. Committit enim fallaciam Accident.
15. 15. Tollat quoque Socinus pugnam fictitiam inter opera nostra & Satisfactionem Christi: non enim illa sunt satisfactoria sed gratitudinis indicia.
12. 16. Nulla ante conversionem in nobis aptitudo est sortem sanctorum apprehendendi: quia Deus nos aptos facit.
14. 17. Christi sanguine ceu *λύτρον* habemus redemptionem, & *veram*, non metaphoricam, nec significativam satisfactionem. v. 14.
18. Licet autem hæc verba *ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ αὐτοῦ* in uno vel altero codice nō habeantur, in loco tamen persimili Eph. I 7. ipso

ipso Socino teste c. XIX. Praelect. habentur, & nunquam possunt CAP. I.
fræquentius repeti, quàm par est.

19. Redemptionem & remissionem peccatorum non pu-
gnare, contra Socin. d. l. & Crell. contr. Grot. c. 1. p. 118 probamus
ex v. eod.

20. Tria Divinitatis Christi argumenta ex v. 15. & 16. col-
ligimus.

15.

21. Et quamvis Crellius d. U. D. P. Sect. 2. l. 1. c. 30. & alibi
ex suo Socino inde contrarium colligat, in eo, ut diximus in pro-
loquio, mundum decipit.

22. Similis depravator est Calvinus qui Comm. in h. l. ne-
gat audacter hinc divinitatem Christi probari: Et quamvis eum
excuset Pareus in suo Calvin. orth. l. 2. c. 45. magis tamen illum
& seipsum vinculis constringit, ut late probat B. Hunn. Anti. Par.
alt. p. m. 560.

23. Christus autem dicitur *Imago* Patris essentialis, non
accidentalis, ut Ostorod Instit. c. 20. p. 141. n. 4. somniat.

24. Est imago Patris non secundum substantiam sive es-
sentiam, sic enim procederet Crellii argumentum: *imago nun-
quam ejusdem numero essentia est cum eo, cujus est imago.* sed secundum
personam Patris, quia persona patris se totam expresit velut
charactere in Christo.

25. Quidquid enim in divinis relative dicitur, id est ter-
minus personalis, & refertur persona ad personam, non ἀμέσως
ad essentiam, quæ numero eadem. Semper autem imago Ori-
ginem quandam significat in divinis, & relationem quandam
innuit consequenter.

26. *Primogenitus* rei creatæ est, quod eum non in ordinem
creaturarum redigit ut vult Crell. d. l. c. 35. Cal. Rac. Mai. p. 126. sed
omnium creaturarum numero simpliciter eximit. Dicitur e-
nim hic non *πρωτόγενῆς* sed *πρωτόγονος*.

27. *Creatio* tribuitur Christo non ut causæ secundæ ut
vult Crell. c. 19. d. l. Catech. p. 39. sed ut causæ primæ omnia enim
Ex IPSO tanquam causâ procreante. (Part. enim Ex, ipso Crell-
lio teste l. 1. c. 9. causam efficientem denotat) IN IPSO tan-

16. 17.

A

3

quam

CAP. I. quam principio conservante v.17. 18. IN IPSUM tanquam finem ultimum v.17. Rom. XI. 36. contendunt.

18. 28. *Caput* Ecclesie Christus est vel *παντοκρατορικῶς* & sic quoq; Angelorum, vel *μουσικῶς* & sic tantum hominum fidelium v.18. & verorum Ecclesie membrorum, ad quæ Angeli non spectant ut Bucan. & alii volunt.

29. Sõlus Christus caput est, non ergo alio capite indiget Ecclesia.

19. 30. Divinitatem Christi similiter ex v.19. probamus.

20. 31. *ἁπαρταλλάξαν* v.20. & Eph. II. 16. valde Emphaticum est: supponit itaq; *offensionem*. Ubi enim hæc non est, reconciliatio esse non potest. Dicit insuper *offensio partis placcationem*, quæ per *κατάλλαξιν* (sicut vox innuit ab *ἄλλο* derivata) mutatur & quasi alia fit, non quidem sui sed alterius offendentis respectu. ut hoc mihi de suo largiatur Cl. Clotzius Præceptor non ita pridem honoratissimus ex Disp. I. cont. Crell. d. Satisf. §.34.

21. 32. Quod autem Socin. contendit vers.21. de alia reconciliatione agi, quam vers. 20. id ipsa textus cohærentia refutat, siquidem v.21. est quasi explicatio v.20. ideoq; hi duo versiculi non disjungendi, ut bene Cl. Gravv. d. Satisf. p.149. monet.

22. 33. Reconciliatio autem facta est primò inter Deum & homines, non inter Deum & Angelos ut male Calvin. somniant. Deinde inter Homines & Angelos. Siquidem *illa* tanquam effectus, ex *hac*, tanquam causa, necessariò pendet, & contra, ubi homines Deo reconciliati non sunt, quomodò amicitia inter homines & angelos esse potest?

24. 34. Passiones Christi duplices agnoscimus: quædam sunt *proprie*, quædam *appropriatæ*: Has, non illas implevit Apostolus.

35. Illa autem impletio non aliter fit nisi confirmando & bono exẽplo instruendo quod concedo Crell. resp. ad c.9. Grot. d. Satisf. non vero expiando & redimendo ut vult Beliar. l.2. d. Indul. c.14. quod Soli Christo competit.

36. Non ergo Apostoli passio quidquam commune habet cum Satisfactione Christi: cum differant passiones Christi & Paulli, non ratione *mediorum* ad finem pertinentium ut Crell. d. l. impie affirmat, sed ratione *finis ipsius*.

37.

37. Perfecti sumus imputatâ perfectione Christi unde
πῆλειοι in Christo Jesu dicimur v.28.

28.

38. ἐνεργημάτων v. ulr. nunquam passivè usurpatur commit-
tit E. Solacismum Bell. l.2.d. Iust. c.4. & l.5. c.15. quando iu Gal.
V.6. operatur idem dicit. quod agitur ac movetur. activè enim
in media ἀρχῆς septies à Paulo usurpatur. h.l. Gal. II.8.
2. Cor. I.6 IV. 12. Eph. III. 20. I. Theff. II. 13. 2. Theff. II. 7. semel
quoq; à Jacob. c. V. 16.

29.

39. Divinitatem Christi ex v. i. probamus quia illi com-
petunt Sapia & omniscientia, *Divina attributa.*

CAP. II.
vers. 1.

40. Ea; illi competere non secundum divinam tantum
sed quoq; secundum *humanam* naturam, probamus contra Danæu.

41. Refertur hæc omniscientia & sapientia non ad myste-
rium Christi id est *Evangelium* ut vult Crell. ex suo Socino d. U. D.
P. l. i. f. 2. c. 9. sed ad *nomen* ejus.

42. Male hinc, & ex I. Cor. V. 3. Pareus in c. V. pri. Corint.
p. 254. concludit: Corpus Christi in cœna posse præsens esse, licet
loco absens sit. Est enim mera fraudulentia & simulatio præ-
sentiam fingere ubi nulla est.

43. Exitialis & monstrosa persuasio est, eorum qui patro-
cinio Pauli v. s. aut nihil, aut paucis Philosophandū esse putant.

44. Cum nihil in universa Philosophia quod Philosophi-
cum est, inutile sit, aliqua eorum pars utilissima, maxima etiam
plusquam utilis, ut inquit Cl. Scleck. Disp. d. bon. Philos. coroll. 5.
Anno 1612. hic habita contra M. St. Buesch.

45. Dicitum Pauli alii explicant de abusu Philosophiæ,
Scheibl. nō malè proem. Metaph. General. & Danhav. Id. B. Inter.
par. I. f. 35. 79. respondet per Philosophiam intelligi Ceremonias
Leviticæ, vel varias *sectas Judæorum*: cui sententiæ jam antè cal-
culum addidit Cl. Chemni. LL. CC. c. 9. d. Leg. naturæ & cap. 12.
fund. cæn. p. m. 105.

46. Ex clasico dicto v. 9. divinitatem Christi contra So-
cinian. & Unionem duarum naturarum in Christo probamus.
Iterum contr. Socinian. & simul Calvinian. qui illam non recte
explicant.

47. Per

CAP. II.

47. Per plenitudinem autem Deitatis non intelligimur cum Photinianis dona Dei excellentia. obstat enim vox θεότης, quæ in scriptura duplicem tantum agnoscit significationem, vel notat solam Dei essentiam τῆ νοήσεως ab attributis suis distinctam; vel essentiam divinam una cum suis attributis.

48. Deinde Plenitudo hæc Deitatis realiter communicata est carni Christi, quia in eo inhabitat σωματικῶς, quidquid dicat Danæus, illaq; infert 1. communicationem naturarum & proprietatum. 2. αληθεύσας verbi in carne: ideoque impium proclamamus Polanum in Syll. thes. Theol. p. 2. p. 105. &c. audacter scribentem: plenitudinem Deitatis posse quoq; esse extra corpus ubique in cælo & in terra, & ita Christum, *excarnatum* facit dum λόγον extra carnem fingit.

vers. 10. 11

II.

49. Pugnamus pro iustitia Christi imputativa ex v. 10. 11.

50. Male Calvin. hinc duplicem baptismum fingit.

51. Minus feliciter quoq; Crell. comm. in c. 6. Epist. Ebr. p. 239. hinc Baptismum Johannis & Christi distinguit: sine, efficacia, & fructu, quod enim hic de Christi baptismo dicitur: idem affirmatur de baptismo Johannis Matth. III. 6. Luc. VII. 29.

12.

52. Resuscitationis Christi autor est non tantum Deus Pater, sed tota S. S. Trinitas. Deo *Patri* passim tribuitur & quoque v. 12. h. l. 1. ratione principii. 2. consilii. 3. effecti. *Christo* tum quoad *divinam naturam* Mat. XXVIII. 6. Luc. XXIV. 6. 1. ex identitate operationis cum patre Joh. V. 19. 2. à potestate alios suscitandi. Joh. V. 21. 3. à propria resumendi & ponendi vitam autoritate Joh. II. 19. X. 18. tum quoad *Humanam naturam* Joh. X. 17. 18. 1. ab idiomatum communicatione. 2. ob Scripturam resuscitationem Christi toti supposito tribuentem. *Spiritui* S. tribuitur Rom. IIX. 11

13.

53. Impugnamus Liberum arbitrium in Spiritualibus ex v. 13

54. χαρισματικόν verbum pulcherrime illustrat nomen Gratia quod passim in Scriptura locum habet & significat gratuitum donum. Ex verbi enim significatione nomen rectè dijudicatur ut monet B. Chem. d. Justif. p. m. 290.

55. Hoc verbo autem non excluditur omne satisfactionis genus ut vult Soc. cont. Covet. p. 3. c. 2. Crell. resp. ad c. VI. Grot. p. 330

Condo.

Condonationem enim & Satisfactionem simul consistere posse probamus ex Rom. III. 24. Matt. XXVI. 28. Ep. Phil. v. 18. 19. CAP. II.

56. Chirographi deletio arguit Satisfactionem factam esse: Satisfactio enim precedit chirographi deletionem, & naturâ debiti solutio prior est, quàm chirographi, quo debitum docetur, abolitio. 14.

57. Chirographum autem quod deletum est, non sunt tantum præcepta ipsa ceremonialia, ut vult Socin. d. l. sed reatus eorum delictorum quæ contra præcepta illa patrata erant.

58. Collationem V. & N. T. Item Veterum & novorum Sacramentorum fieri v. 17. contra Bezam adserimus. 17.

59. Interdum laudatur abstinencia à cibis certis, si id non fiat ex superstitione cultus.

60. Non alius est in N. T. locus, quo nominatim à Sabbathi & festorum Judaicorum observatione liberos nos esse probemus quàm v. 19.

61. Corpus h. l. sumitur in sensu opposito & relativo, non absoluto, ideoque male Alsted. Theol. natural. hinc probat Deum habere solidam substantiam.

62. V. 18. Papam damnat, qui rectoris partes sibi ultrò sumit, & tamen vult dici servus servorum.

63. εὐελθρησικία penitus improbatur à Paulo, tum quia per eam in alio quàm Christo quaeritur perfectio. v. 19. tum quia est καὶ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας ἀνθρώπων v. 22. tum quia non est vera sapientia, sed tantum τῆς σοφίας λόγον habet v. 23. 18.
19.
22.
23.

64. Terminus Localis non τοπικῶς ut Piscat. in N. T. obs. 2 p. 1188. sed μουσικῶς explicandus. ut ex oppositione patet ubi per terrena intelligit non ratione loci sed ratione qualitaris talia.

65. Situs Localis vel sedes tribuitur Christo non κυρίας sed μετεφωρικῶς καὶ αναλογικῶς propter immobilitatem & auctoritatem. CAP. III
V. I.

66. Dextra Dei non est locus creatus, ut Zanch. l. 2. d. N. D. c. 6. putat, in eo enim sibi contradicit dum l. 2. c. 4. Deum esse corpus negat c. 6. v. Deo dextram corpoream affingit.

67. Cadit E. consequentia Calvinian. corpus Christi quia
B sursum

CAP. III sursum est, Item ad dextram Dei, non esse præsens in Synaxi.

2. 68. Per terrestria v. 2. non intelligimus bona terrestria cum Osterod. c. 28. p. 180. Infit. sed vitia, quæ qualia sint v. s. indicantur.

5. 69. Mortificatio membrorum non est tantum actualium peccatorum destructio ut Bell. l. 1. am. gr. & sta. pec. c. 3. putat, sed totius veteris Adami, quantum in hac vita possibile, extirpatio.

71. Quæ requisita V. habet. 1. cordis contritionem 2. ejus renovationem. 3. Sathanæ abrenunciationem. 4. ardentem precationem 5. corporis afflictionem.

72. Quorum ultimum non debet fieri per violenta flagella ut Jac. Greth. l. 1. d. discipl. c. 3. sed laboribus vocationis 1. Theff. IV. II. & temperantia Luc. XXI. 34.

8. 73. Male ex v. 8. colligunt vires liberi arbitrij, cum à præcepto ad posse non valeat sequela: ab officio ad obedientiam nulla collectio, nec præcepta inferant naturalem vim agendi, quamvis illa suum usum habeant.

9. 74. Per se quidem omne in vitio mendacium est 4. Eth. c. 6. Distinguendum tamen cum Chemnic. Meisn. & Gerh. inter mendacium perniciosum. officiosum. jocosum.

10. 75. Imaginem primævam, contra Smalc. & Socin. in primo homine fuisse probamus ex verbo *αὐτὸν εἰκόνα*, ad quod enim renovamur id antea ceu novum adfuit.

76. Imago autem hæc consistit in spirituali agnitione, sanctitate, justitia & veritate potissimum, illa enim in nobis renovari dicuntur. E. in anima hominis respectu qualitarum, non ratione substantiæ consistit ut volunt Bell. l. c. d. amiff. gr. c. 3. Flacig. Osiand. senior. &c.

12. 77. Electos hic inteilige generaliter ita sumtos: Tria enim ista vocabula synonyma sunt ita ut *ἐκλεκτὸν* sit *ἅγιον* καὶ *ἠγαπημένον* esse. Sic in concionibus totum cæterum hoc elogio ornatus: *Außerwehlte vnd Audechtige* &c.

33. 78. Condonatio v. 13. non excludit judicia forensia quæ ipsa natura requirit 4. Eth. c. 5. l. 1. Magn. Moral. c. 22. sed pertinet ad leges caritatis.

79. Hanc condonationem commendat Paulus, non ut condonatum, sed ut præceptum. Ut enim nihil dicam de fictio illo discrimi-

scrimine præceptorum & consiliorum, & cum quibus doctrinæ CAP.III.
locis pugnet, de quo vid. Chemn. LL. CC. c. 3. d. discr. con. & præ.
inspiciendum esse puto Lev. XIX. 18. ubi tanquam præceptum
adducitur quo etiam collimat Salomon Prov. XXIV. 29.

80. Duplex est perfectio Una *Ecclesiastica*, cujus vinculum
est caritas de qua Paullus h. 1. & idem est quod unitas, unde qui- 14.
dam codex, teste Beza legit ενότητⓄ pro πλειότητⓄ, altera
Theologica, quam non nisi fide obtinemus.

81. Mutua commonefactio privata, non tollit publicum 16.
ministerium.

82. Universalis illa κτ̄ πάντα v. 20, 22. restringenda est ad 20.
ea quæ Deo placent Eph. VI. 1.

83. Dictum autem hoc Paulli ipsa natura corroborat, quæ 22.
in eodem genere alios adolescentes, alios senes facit, quorum il-
los parere, hos imperare deceat l. 7. d. Rep. c. 14.

84. Nomen κληρονομίας omnem debiti rationem tollit. 24.

85. Αντιπόδοσις ponitur pro δόσει quoties bonis operibus
adscribitur merces: unde Aug. Deum vocat nostrum debitorem,
non ex commisso sed promisso.

86. Perduratio in precibus ardorem precum requirit non CAP.IV.
συνέχειαν. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. 2.

87. Hac perduratio, temporis quoque indifferentia no- 5.
tatur, vanamq; superstitionem monachorum, de certis horis tollit.

88. Conversationem cum Hæreticis concedimus, non Ec-
clesiasticam sed Politicam.

89. Hæc autem debet fieri juxta præceptum Pauli εν σοφία.
1. seipsum probando an in fide confirmatus sit. 2. ut inter illos
nulla amicitia, quæ est reciprocus amor l. 2. Mcgn. moral. c. 11.
citra neecessitatem colatur. si enim morum dissimilitudo dissociat
amicitias l. 1. Oecon. c. 4. quid ni religionis? 3. Idololatriã ipsorum 6.
non ferendo. &c.

90. Sermo noster sit sale conditus v. 6. qui autem hinc jocos
prohibent, eos cum Philosopho l. 1. Magn. mor. c. 30. rusticos 4. Eth.
c. 8. agrestes & duros appellamus.

91. Sit autem modus in illis. 2. sint joci ευτράπελοι 4.
Eth. c. 8; 3. sint sine dente joci 4. ne simus φιλοζέλωται plat. d.
Rep.

CAP. IV. Rep. l. 3. 5. sapiant joci πὲ ἀσεία καὶ εὐδοκίμῳτα Aristot. 3. Rhet.
14. non procul à fine.

16. 62. Exemplum Lucæ Medici & Evangelistæ nihil præscribit nostris Ecclesiæ ministris, illi enim honestè sustentari possunt ut ἀλλοτριόπραγία illis non sit opus

93. Defectus Epistolæ Laodicensis non facit Scripturam imperfectam.

94. Ut enim nihil dicam quomodo inter ipsos pontificios non conveniat in hujus Epistolæ recensione.

95. Hoc tantum addo, quod hoc loco intelligatur Epistola ἐκ λαοδικεία scripta, non quam Paulus ex Laodicea scripserit, sed quam Laodiceses ad Paulum, quæcunque tandem illa fuerit, quam à Colosensibus etiam legi voluit.

96. Deinde, posito non concessio, Paulum Epistolam ad Laodiceses scripsisse; hujus tamen defectus non faceret canonem Biblicum imperfectum.

97. Ut enim accessiones plurium librorum non augebant perfectionem Canonis in V. T. ita quoque defectus unius vel alterius libri integritati Canonis nihil derogare potuit.

98. Nam librorum Copia auxit quidem doctrinæ ubertatem, nihil autem fecit ad Canonis integritatem, ut eleganter Balduin demonstrat. disp. 4 in c. 4 Coloss. q. ult.

18. 99. Quoties legimus Paulum è vinculis scripsisse & docuisse, ratio vinculorum attendenda est tunc temporis apud Romanos usitatorum. Quidam enim servabantur in carcere concluso, sine milite, quidam in custodia militari in quovis loco, quidam in ædibus magistratum.

100. Paullus biennium fuit ἐν ἰδίῳ μισθώματι & militem unum custodem habuit: Act. XXII. 16, 30. unde liberè è vinculis docere & scribere potuit.

Quanta sit ingenii Tibi vis, Tibi quanta cupido.

Sacrorum: En præsens nos tua pugna docet.

Contubernali suo.

l. m. 65.

M. Joh. Fabricius. Dantisc.

SOLI DEO GLORIA.

scrimine præceptorum & consiliorum, & cum q
locis pugnet, de quo vid. Chemn. LL. CC. c. 3. d. d
inspiciendum esse puto Lev. XIX. 18. ubi tanqu
adducitur quo etiam collimat Salomon Prov. XX

80. Duplex est perfectio Una *Ecclesiastica*, c
est caritas de qua Paullus h. 1. & idem est quod u
dam codex, teste Beza legit ενότης pro πλειόν
Theologica, quam non nisi fide obtinemus.

81. Mutua commonefactio privata, non
ministerium.

82. Universalis illa κτ̄ πάντα v. 20, 22. res
ea quæ Deo placent Eph. VI. 7.

83. Dictum autem hoc Paulli ipsa natura c
in eodem genere alios adolescentes, alios senes f
los parerere, hos imperare deceat l. 7. d. Rep. c. 14.

84. Nomen κληρονομίας omnem debiti ra

85. Αντιπίδοσις ponitur pro δόσει quoties
adscribitur merces: unde Aug. Deum vocat nost
non ex commisso sed promisso.

86. Perduratio in precibus ardorem precu
συνέχειας. Aliud est sermo multus, aliud diutu

87. Hac perduratio, temporis quoque i
tatur, vanamq; superstitionem monachorum, de c

88. Conversationem cum Hæreticis conce
clesiasticam sed Politicam.

89. Hæc autem debet fieri juxta præceptum
1. seipsum probando an in fide confirmatus sit.
nulla amicitia, quæ est reciprocus amor l. 2. Mo
citra neaessitatem colatur. si enim morum dissi
amicitias l. 1. Oecon. c. 4. quid ni religionis? 3. Idol
non ferendo. &c.

90. Sermo noster sit sale conditus v. 6. qui
prohibent, eos cum Philosopho l. 1. Magn. mor. c.
c. 8. agrestes & duros appellamus.

91. Sit autem modus in illis. 2. sint joci
Eth. c. 8, 3. sint sine dente joci 4. ne simus φιλο

CAP. III.

- 14.
- 16.
- 20.
- 22.
- 24.
- CAP. IV.
- 2.
- 6.
- 4.

